

Roberto DI PAOLO

**"QUOMODO ISAIAE PROPHETIAE MENTIO
IN MEDIO MATTHEI EVANGELII CAPITULORUM 11–12 POSITA,
HORUM CAPITULORUM INTERPRETATIONIS IANUA SENTIATUR"**

1. PROOEMIUM

Salvete Omnes!

Huius exhibitionis propositum,
in cuiusdam investigationis fructum communicando,
consistit.

Haec investigatio,
per exegeticam methodum
quae Rhetorica Biblica Analysis vocatur,
ita in undecimo ac duodecimo capitulo Matthei Evangelii
peracta est,
ut prophetica mentio,
in medio eorundem capitulorum posita,
quasi totius textus interpretationis ianua sentiatur.

2. DE PROPHETICA MENTIONE (MT 12,15-21)

¤¹⁵ Ὁ δὲ Ἰησοῦς γνοὺς
ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν.

* ¹⁵ Καὶ	ἡκολούθησαν αὐτῷ	ὄχλοι πολλοί,
— καὶ	ἐθεράπευσεν	αὐτοὺς πάντας
— ¹⁶ καὶ	ἐπετίμησεν	αὐτοῖς
	: ἵνα μὴ φανερὸν αὐτὸν ποιήσωσιν,	

¹⁷ Ἱνα πληρωθῇ τὸ ὅγηθὲν
διὰ Ἡσαίου τοῦ προφήτου λέγοντος,

+ ¹⁸ Ἰδοὺ ὁ παῖς	μου	ἢν	ἥρέτισα,
ὁ ἀγαπητός	μου	εἰς ḓν	εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου·
* καὶ κρίσιν		θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτόν, τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ.	

—¹⁹ οὐκ ἔρισει οὐδὲ κραυγάσει,
οὐδὲ ἀκούσει τις ἐν ταῖς πλατείαις τὴν φωνὴν αὐτοῦ.

+ ²⁰ καὶ κάλαμον	συντετριμμένον	οὐ κατέάξει
λίνον	τυφόμενον	οὐ σβέσει,
ἔως ἣν ἐκβάλῃ	εἰς νῆκος	τὴν κρίσιν.

*²¹ καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἔθνη ἐλπιοῦσιν.

Legitur textus graece...

...et pro opportunitate latine:

+ ¹⁵	IESUS autem	<i>sciens</i>		
	recessit inde.			
		+ Et secuti sunt eum	turbae multae,	
		+ et curavit	eos omnes.	
+ ¹⁶	Et praecepit		eis	
- ne manifestum	eum		<i>facerent,</i>	
¹⁷	<i>ut</i>	adimpleretur quod dictum est		
		per Isaiam prophetam		<i>dicentem:</i>
+ ¹⁸	<i>Ecce</i>	PUER MEUS	quem	elegi,
	DILECTUS MEUS		in quo	beneplacuit animae meae;
		+ et iudicium	ponam spiritum meum super eum,	
			gentibus nuntiabit.	
- ¹⁹	<i>Non contendet nec clamabit,</i>			
	+ neque audiet aliquis in plateis VOCEM EIUS.			
- ²⁰	Harundinem	quassatam	<i>non confringet</i>	
	et linum	fumigans	<i>non extinguet,</i>	
	donec eiciat ad victoriam		iudicium.	
+ ²¹	Et in NOMINE EIUS		gentes	sperabunt».

Haec prophetica mentio,
 quam evangelista Mattheus a Isaiae prophetico libro depromit,
 Iesum,
 a turbis secutus omnibusque bene facientem,
 ut Domini Puerum,
 a gentibus desideratus gentibusque iudicium perducentem,
 ostendit.

Evangelista Mattheus ergo,
 minime dubius plene potius certus,
 Iesum ipsum agnoscit in Domini Servum, Puerum appellatum,
 qui eamdem propheticam promissionem adimplet.

Nunc haec prophetica mentio,
 in toto Matthei Evangelii undecimi ac duodecimi capituli textu,
 non forte ponitur sed penitus includitur:

ostenditur enim interpretationis ianua, cum cetera circumvertantur,
iuxta quintam de formis qui idem centrum habent legem,
a Nils Wilhelm Lund inventam.

Notio ista, de formis qui idem centrum habent,
in de Rhetorica Biblica dissertatione,
gallice *Traité de rhétorique biblique*,
a Roland Meynet emissa,
late explicatur;
praesertim in praecipuo capitulo,
cuius lata pars mentionibus in medio textuum positis consecrata
(in duodevicēnis paginis: a 436 usque ad 454).

3. DE ANTECEDENTI PROPHETICAE MENTIONI TEXTU
MATTH 11,1–12,14 : DE OPERIS A SAPIENTIA DEI PERACTIS

IESUS	<i>opera CHRISTI</i> conficit	
	a Iohanne discipulisque <i>receptus</i>	11,1-6
FILIUS HOMINIS	<i>sapientiae opera</i> conficit	
	a GENERATIONE ISTA omnis <i>accusationis absolutus</i>	11,7-19
FILIUS HOMINIS	<i>virtutes</i> ad paenitentiam conficit	
	civitatibus adversis ac nocentissimis <i>receptus</i> esset	11,20-24
DEI FILIUS	<i>Patris sapientiam</i> patefacit	
	laboratos oneratosque ad se vocat	11,25-30
FILIUS HOMINIS	Legis <i>opera</i> adimplet	
	a PHARISAEIS cuiusque <i>accusationis innocens</i>	12,1-8
IESUS	<i>MESSIAE opera</i> conficit	
	a PHARISAEIS ISTAQUE GENERATIONE <i>damnatus</i>	12,9-14

Antequam propheticam mentionen exponatur,
Evangelista Matthaeus,
in undecimo ac duodecimo capitulo,
Iesum sapientiae opera agentem proponit.

Sapientia ista, qui tantum a Deo revelata,
Iesus autem ipse est.

Iesus, qui,
cum Dei hominisque Filius sit,
opera Christi, id est Messiae, conficit.

Propter quod eius opera, sapientiae sunt opera;
nam Iesus, cum virtutes conficiat,
Dei Patris sapientiam patefacit,
qui omnes ad paenitentiam vocat.

Illi tamen eius opera recipiunt:
sunt Iohannes, eiusdemque discipuli, Iesu discipuli,
ipsae civitates adversae ac nocentissimae,

velut Tyrus, Sydon, Sodoma,
quae eius opera recepissent.

Illi autem eius opera reiciunt:
sunt Pharisaei,
generatio ista,
sed in primis Chorazin, Bethsaida, Capharnaumque,
in quibus civitatibus vivit agitque Iesus.

Evangelista denique
per iudiciale sermonem
Iesu repulsionem a generatione ista Pharisaeisque exponit.

At Iesus,
etiamsi a Pharisaeis istaque generatione reiectus damnatusque,
innocens stat cuiusque insimulationis;
tandem
per opera ipsa peracta
omnis accusationis absolutus.

*4. DE SUBSEQUENTI PROPHETICAM MENTIONEM TEXTU
MATTH 12,22-50 : DE VERBIS A GENERATIONE ISTA PROLATIS*

Turbae FILIO DAVID stupescent	12,22-23
<i>Generatio ista</i> contra SANCTUM SPIRITUM loquitur	12,24-30
<i>Generatio ista</i> se ipsam damnat	12,31-37
<i>Generatio ista</i> IMMUNDUS SPIRITUS est	12,38-45
Turbae FILIUM PATRIS audiunt	12,46-50

Postquam propheticam mentionem ostenderit,
 Evangelista Matthaeus,
 in duodecimi capituli relinqua parte,
 verba contra Iesum
 a generatione ista prolata
 proponit.

Si enim turbae
 in textus principio extremoque adsunt,
 quae
 prius stupescent Iesu Filio David,
 deinde eumdem Iesum Patris Filium audiunt,

in medio
 generatio ista,
 quam Phariseis exprimunt,
 contra Sanctum Spiritum loquuntur,
 id est blasphemant;

signa a Iesu peracta
 videre atque agnoscere velle se fingunt;
 vere autem
 veluti impurus spiritus,
 sine exitu errant.

In totius textus medio
 tandem
 istius generationis damnatio ostenditur;
 id est:
 cum generatio ista
 hac via loquatur,
 eādem generatio
 se ipsam perpetue damnat.

5. QUOMODO CAPITULORUM 11–12 TEXTUS

CIRCUM PROPHETICAM MENTIONEM VERTAT (MATTH 11,1–12,50)

IESUS DEI FILIUS, qui **opera Christi conficit**

A discipulis secutus istaque generatione reiectus

11,1–12,14

IESUS DOMINI PUPER qui eius promissa conficit

A turbis secutus gentibusque desideratus

12,15–21

IESUS PATRIS FILIUS qui **eius voluntatem conficit**

A discipulis auditus istaque generatione damnatus

12,22–50

Hic
 proposta sunt tantum
 latae quaestionis argumentationis membra,
 ex quibus patet,
 per exegeticam methodum
 quae Rhetorica Biblica Analysis vocatur,
 Isaiae prophetiae mentio
 in medio Matthei evangelii undecimi ac duodecimi capituli posita,
 denique horum capitulorum interpretationis ianua sentiri posse.

Mentio ista
 a duobus textibus,
 antea posteaque positis,
 circumvertitur,
 ex quibus oritur
 Iesum hominum beneficio agere.

Eius actio tamen
non efficit
sic et simpliciter
cum Jesus bene faciat atque egenis subveniat.

Jesus sic agit potius
cum Domini Puer sit,
quem prophetae promiserut;
opera eius efficit
ut iudicium
omnibus nuntiet atque ad victoriam eiciat.

Et hoc omnium beneficio:
Iesu temporis hominum beneficio,
praesertim scribarum ac pharisaeorum,
qui eum reiciunt, accusant ac damnant;
gentium beneficio,
in quibus numerantur
sive qui ante fuerunt
sive turbae
quae nunc Iesum sequuntur ac in eo Deum praesentem agnoscent.

Narrationis sermo iudicialis
non tantum
hostiles in Iesum animos ostendit
sed etiam
absolutionis aut damnationis sortem
quam quisque,
cum Domini Pueri opera recipiat aut reiciat,
pro se contexit.

Varia nomina Iesu tributa,
veluti Domini Puer, Filius hominis, Filius David,
lumen ac firmatatem accipiunt
cum Jesus Dei Filius sit.

Tempus venit iam ut concludamus:
ad totam quaestionem tractandam, dies deficiat.

In dissertatione,
quae huic proposito consecratur,
titulo: Domini puer gentibus iudicium perducit;
italic: “Il Servo di Dio porta il diritto alle nazioni”,
in dissertatione ista igitur,

singula pers̄equi quaerenti,
lata argumentatio
in singulis explicatur.

Hic exhibitio nostra explicit.
Vobis omnibus adstantibus gratias ago.

© *Studia Rhetorica Biblica et Semitica*

[16.10.2007]